

habemus quia ipse saluator dixit. Amen dico uobis quia angeli  
 eorum semper uident faciem patris mei qui in caelis est; qui con-  
 teredimus quia omnia opera nostra quae operamus in die & in noc-  
 te siue bona siue mala ab ipso angelo renuntiata in conspec-  
 tudini. Angelus bonus nobis consilium oratur ad bona  
 opera operanda. & ad dextris semper habet credimus; cum  
 autem malum cogitamus aut aliqua peccata facimus. tam  
 capitalia quam minuta cummittimus. tunc a sinistris malignum  
 diabolus hortatorem habemus; & cum peccata cogitamus  
 aut facimus diabolus gaudet & angelus se tristatur.  
 & cum ociosa uerba & praua dicimus. diaboli consilium est.  
 cum autem in gememus & suspiramus <sup>aut</sup> aliqua bona <sup>opera</sup> facere  
 cogitamus. tunc consiliatorem & administratorem illum  
 angelum semper dei habemus. Nam de illa mala opera quod superius  
 scriptum est. quod diabolus in adam pro malum consilium submi-  
 nistravit. hoc est gula. cupiditas. superbia; Ista tres causas  
 multa mala generant. Id est superbia. sacrilegium. homici-  
 dium. fornicationem. furtum. auaritia. luxuriam. falsum  
 testimonium. iram. discordiam. purium; Nos igitur dilec-  
 tis simis. ponamus contra superbia humilitatem. contra gula absten-  
 tiam. contra cupiditatem aelimosinam. contra sacrilegium ueram poe-  
 nitentiam. contra homicidium dilectionem dei & proximi. contra for-  
 nicationem <sup>con</sup> continentiam. contra furtum bonitatem & benignita-  
 tem. contra auaritiam caritatem. contra luxuriam castitatem.  
 Contra falsum testimonium ueritatem de toto corde. Contra auram